



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

In Visitatione B. M. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

gnoſcere? Gal. 6. *Mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo. Vultis patientiam audire? 1. Cor. 4. Uſque in hanc horam inſtabiles ſumus, &c. Vultis benignitatem cognoſcere? 2. Cor. 12. Ego autem libentiſſimè impendar & ſuperimpendar pro animabus vſtris. Inde proveniebat quod de illo Greg. Moral. 30. c. 8. Predicando Paulus vult omnia ſimul docere, amando vult omnes ſimul videre, quia & in carne permanendo vult omnibus ſimul vivere, & de carne tranſeundo per ſacrificium fidei vult omnibus prodeſſe.*

In Viſitatione B. M. Virg.

Abit S. Virgo cum feſtinatione, & quidem ut S. Bonav. Veſpere ab Angelo ſalutata, ſtatim mane ſequenti proceſſit, variis affectus in prægnantibus excitantur propter factum quem geſtant, idem in B. Virgine videtur accediſſe, Filius in opere feſtinus Iſai 26. *Ascendit Dominus ſuper Cherubim, & volavit ſuper pennas ventorum. Pl. Exultavit ſicut gygas ad currendam viam ſuam.* Sicut Medicus dum ad ægrum periculoſum properat, ſicut 4. Reg. 4. miſſus Giezi ab Eliſæo ad reſuscitandum mortuum. Ita modò ut quamprimum ſuccurrat Joanni & liberet ab originali peccato, excitat in Matre feſtinationem. Origen. *Feſtinabat Chriſtus qui in utero illius erat, ſanctificare Joannem.* Non ceſſavit in S. Virgine hoc deſiderium ſuccurrendi peccatoribus. Eſt *Aurora conſurgens* quæ ſolem præit, & ſimul *pulebra ut Luna.* Quæ noctu lucet etiam beſtiis. Hinc diſcamus quàm fædum ſit peccatum, cum ita properet, ut ab eo Joannem eripiat, certè cum Rex feſtinat ad aliquam domum privatam & quidem pedes, debet eſſe cauſa graviffima.

In Fe-